



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XIII. De modo regendi Sensualitatem nostram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

atis, corpus tuum laborem huiusmodi ferre non posse; licebit tibi eundem differre in aliud tempus, donec paulatim assuefeceris corpus, ut maiori alacritate ac fervore deinceps se ad istos pios labores accommodet.



## CAPVT XIII.

*Quomodo Sensualitatem suam  
homo regere debeat.*

**D**ilecte fili, hoc age quam attentissimè, ut Sensualitas tua, per quam diabolus ingredi solet in te, sit Ianua vera

AC

ac patens, per quam ad te ve-  
 niat Deus tuus. Et quando tibi  
 cum aliqua terrena creatura  
 quidpiam negotij est, noli ei  
 dem corde adhærescere, sed  
 leua oculū mentis tuæ ad De-  
 um tuum, qui in creatura illa,  
 tanquam in opere suo, latet  
 absconditus.

*Quo-  
 modo  
 cū cre-  
 aturis  
 conuer-  
 sandū.*

Deinde excita in te quoq;  
 memoriā Dei, & cogita quòd  
 idem ipse Deus, etiam in te sit;  
 atque tunc cum ipso sic loqui  
 incipias. O clementissime,  
 sempiternèque Deus meus,  
 nōne tu mihi semper præsens  
 ades, & penitius quàm ego  
 mihi met ipsi præsens sum? &

*Deus  
 contē-  
 plan-  
 dus in  
 creatu-  
 ris &  
 laudā-  
 dus.*

F 3 ego

ego nō confundor tā obliuiosus & ingratus tibi esse, vt tui nunquam meminerim: neque te, cheu, diligam & colam vt debeo.

Aliās quoque eleua Intellectum tuum, & contemplare summam, incomprehensibilemque perfectionem Dei, & lætare in bonis, diuitijs, beatitudine ipsius abundantius, quàm si tua solius essent omnia. Exulta quoque gaudio maiori quòd ipse sit Deus incomprehensibilis, cuius Maiestatem peruestigare nequeas, quàm si eandem comprehendere, intelligereque posses. Porro

Porro si in creatura aliqua  
rationali obseruas quandam  
perfectionem virtutum & do-  
na nonnulla, quæ ipsi à Deo  
benignè donata sunt: (vt sapi-  
entiam, intellectum, pietatē,  
iustitiam, & similia:) non cō-  
siderabis ea vt sunt in homine  
hoc, sed reducito ea ad Do-  
minum Deum tuum, & dic:  
Deus meus, ecce hi sunt riuu-  
li, qui ex te vero ac viuo, æ-  
terno, increato fonte dima-  
nant: hæ sunt merces inexhau-  
sti maris bonitatis tuæ ineffa-  
bilis.

Si autem te sentis ob pul-  
chritudinem alicuius creatu-

*Vt res* ræ ad complacentiam allici,  
*pul-* protinus cogitationes tuas à  
*chræ* terrena pulchritudinis specie  
*consi-* eleua ad pulchritudinem cœ-  
*deran-* lestem, in eaque sola te oble-  
*de.* cta, & dic: Deus meus, quan-  
do venient dies, vt in te solo

*Pf. 83.* queam delectari? Quàm dile-  
cta tabernacula tua Domine  
virtutum: concupiscit & de-  
ficit anima mea in atria Domi-  
ni. Quia melior est dies vna in  
atrijs tuis, super millia. Elegi  
abiect<sup>o</sup> esse in domo Dei mei,  
quàm habitare in tabernacu-  
lis peccatorum.

Aliud remedium pro custo-  
dia ab inordinata delectatio-  
ne

ne in creaturis, sit hoc. Cùm *Perica*  
 te lentis ab re quapiam ad cō- *lum ca*  
 placentiam, oblectationem *uendū*  
 que allici, confestim cum In- *ab re-*  
 tellectu tuo pōdera quàm do- *bus pul*  
 losè infernalis Serpens ( qui *chris.*  
 nil aliud quærit quàm vt ani-  
 mam tuam aut occidat, aut sal-  
 tem lætaliter vulneret) sub ista  
 oblectatione lateat abscondi-  
 tus. Proinde vbi hoc depre-  
 henderis, audacter dicito: Ma-  
 ledicte Serpens, quàm callidè  
 hïc lates absconditus, vt me  
 tuo veneno inficias? Et mox  
 eleua mētem tuam ad Deum,  
 dicens: Benedicta sit bonitas  
 Dei mei in æternum, quæ mi-

F s hi

hi hostem hîc latentem, animæque meæ dolosè insidiantem, tam benignè detexit.

*Vt ferenda sint aduersa.* In rebus verò quæ Sensualitati tuæ aduersantur, doloremque afferunt, ita te ferè exercitabis. Vbi eidem tuæ Sensualitati durum quid perferendum occurrit;) vt æstus, fames, ægritudo, plagæ & similia;) eleua mentem tuam ad voluntatem illam æternā, cui ab æterno ita placuit, & à qua tunc quoque decretum fuit, vt tu hanc aut illam calamitatem, hoc tempore & tanto cū dolore paterêris, sicut nunc pateris. Idcirco ex cordis tui

iu-



iucunditate apud te ipsum hæc  
dico. O sempiternæ, dile-  
ctissimæq; Domine Deus me-  
us, iam tua in me impletur vo-  
luntas, qua tibi ab æterno pla-  
cuit, vt hoc eodem tempore,  
& tali modo, mensura, nu-  
mero mihi eueniræt, quæ nunc  
sustineo: atque id totum pro-  
pter honorem ac gloriam tu-  
am, & animæ meæ salutem.  
Scio enim quod nunquam ea  
mihi euenire permisisses; nisi  
ad gloriam tuæ Maiestatis illu-  
strandam, & meam salutem  
plurimum conferrent.

Similes quoque cogitatio-  
nes tibi facies cælo turbido,  
plu-

132 CAP. XIII. Pugna

pluuio, niueo, & in quibus-  
cunque alijs tristibus euentis,  
quæ ab hominibus impediri  
*Pf. 118.* non possunt. Quia iustus Do-  
minus, & rectum iudicium e-  
*Job. 1.* ius. Et Dominus dedit, Domi-  
nus abstulit: sicut Domino pla-  
cuit ita factum est: sit nomen  
Domini benedictum.

*Quid  
facien-  
dum in  
prospe-  
ris.*

Si quid verò legis quod te  
delectat, itidem cogitationes  
tuas conuertas ad Dominum  
Deum tuum, in eoque solo te  
oblectes. Nimirum firmiter  
apud te statuas, ipsum sub ijs-  
dem verbis quæ legis sese oc-  
cultare, tibiq; suauiter per ea  
loqui.

Si-

Similiter quoties in animo tuo, cogitatus alicuius complacentiæ ac delectationis, ex quacunque re vel actione bona excitatur; protinus conuerte mentem in Deum, ipsumque summa cum humilitate ac reuerentia adora: illudque bonum ab ipso solo profectum agnoscens, toto corde Ei pro eodem gratias agas. Quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descensum à patre luminum.

146. I.

CA-